



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XXVI. De terra in thus, & in grana mutata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Iste antè fama, quām aspectu notus, dum ad nos peruenisset, stipem inter domos accipiens, aliquandiu sustentatus est. Hunc archisynagogus videns, si vestra CHVNEGVDIS, ^{* Iudæus.} ad Christianos ait, istum curauerit, me Christo ac fidei vestræ ^{I. Cor. I.} applicare poterit. Sed, quod dicit Apostolus: Iudæi signa ^{* que-} petunt; in hoc Iudæo ostensum est. Nam patiens tertia Dominica Resurrectionis feria, dum super sepulcro salutiferæ Virginis salubri premeretur sopore, manu inuisibili quadam taetus, inde sanatus, cum summa omnium admiratione, ac laude abscessit. Iudæus verò infelix à perfidia sua æternos passus ignes non recessit.

CAPVT XXVI.

Deterra in thus, & ingrana mutata.

Illud autem in ultimo, quod tamē signorum illius non ultimum fuit, subnectam. Quoniam terra circa sepulcrū eius à fidelibus collecta, in speciem lucidissimi thuris, aut etiam mundissimi grani fuit frequenter redacta. Super hoc Innocentius Papa in ^{Ez. Innocentius III.} Sermone ad populum in Lateranensi Palatio habito, vitæ illius merita, & miraculorum insignia commemorando, subintulit; Recte, fratres charissimi, puluis ille, quo gleba huī sanctissimæ Virginis debito humanitatī sepulta tegitur, in thus atq. granum redigitur, monium Ponque se sub sexu fragili, dum viueret, à lictis continens, ab illicitis abstinentis, tifia de sanctibatum Domino holocaustum obtulit, & diues Christo, pauper sibi, pauperes Christi sub diversi ordinis atq. sexus professione quotidie pascit. Merito ergo in catalogo sanctorum erit adscribenda, quæ vitam sanctorum semper studuit imitari. Collectam itaque à nobis conscriptam cum officio totius missæ huic nostro sermoni apposuimus, & Apostolica auctoritate omnibus Ecclesiis in honore tanta Virginis decantari direximus.

S. Henrici sponsam, scilicet Cunigundam Virginem. *Siffridus Presbyter Misnensis, lib. 2.* Anno M. CCI. Sancta Cunegundis Imperatrix & virgo Canonizata est ab isto Papa Innocentio III. Causa canonizatio bilem mouit Aventino, qui lib. 7. admodum stomachosè. Ne (Episcopi) res diuinæ flocci facere videantur, magno religionis supercilio Chunegundam albo superum adscribunt.

CAPVT